

Iohannes de Andrisano

20

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Iohannes de Andrisano

20

1457-04-09

† In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, die nona mensis Aprilis, indictione quinta. Regnante Alfonso Dei gratia rege Aragonum, Trinacrie, Valentie, Maioricarum, Sardanie et Corsice, nec non Hungarie, Ierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis et Barchinone comite, duce Athenarum ac Neopatrie et Rossilionis ac Ceritanie, regnorum eius anno vicesimo tertio. Dominante quoque in principatu Tarenti, comitatu Licii et civitate Matere, Iohanne Antonio de Baucio de Ursinis, principe Tarenti, comite Licii et regni Sicilie magno comestabulo

Nos Iohannes de Andrisano terrarum imperiali auctoritate ad contractus iudex, Nicolaus notarii Eustasii de Mathera, puplicus ubilibet per totum... regnum Sicilie reginali auctoritate [notarius], ××× <Angelus Iohannis de Iacucio>, dyaconus Ciccus Antonelli de Gravina, domnus Marianus Augustini de Cassano, subdyaconus Loysius Iuliani de presbitero ××× et abbas Ciccus Nicolai Imbractusii, testes,... de eadem civitate Mathere,... fatemur... quod... constitutis Donato iudicis Petri Martii de Mathera... et [domno Vito Dominici de Scalzone] de Mathera,... prefatus... Donatus... asseruit... [habere apotegam unam] existentem in comuni et pro indiviso cum alia medietate ipsius apotege Cicci Dominici de Scalzone de Mathera,... in civitate Mathere>, iuxta portam de Sambuco et murum civitatis,... iuxta ortum ecclesie sancti Francisci, iuxta domum Antonii Nicolai de Rentio, iuxta ××× viam puplicam;... et placebat eidem... dictam medietatem dicte apotege... vendere... Qua propter... vendidit... prefato domno Vito... prefatam

medietatem dicte apotege,... cum onere... annui census granorum quindecim [solvendorum]... archiepiscopo Matherano et Ageronthino... pro... pretio unciarum duarum et tarenorum septem...

† Ego Iohannucius de Andrisano imperialis ad contractus qui supra iudex me subscripsi † Signum crucis proprie manus Angeli Donati de Canione qui supra testis illiciteratus et scribere nescientis † Ego dopnus Marianus Augustini de Cassano testis qui supra † Signum crucis proprie manus dompni Angeli Iohannis de Iacucio qui supra testis liciteratus et scribere nescientis † Ego diaconus Ciccus Antonellus de Gravina testor qui supra